

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Bibliotheca Smithiana, Seu Catalogus Librorum D. Josephi  
Smithii Angli Per Cognomina Authorum Dispositus**

**Pasquali, Giovanni Battista**

**Venetiis, 1755**

Diodorus Siculus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-844**

dire o imaginare se possa: con manifeste prove se po discernere per ciaschuno al quale in se non regni passione alchuna. Se dritamente considera quante e quale fossero le insidie occulte e palese: quanti lacioli anci laci fossero a vuy ne la tenera vostra etade posti e tesi. & anchora da poi che homo fusti quante novercale infestatione velade de migliara de adulamenti: vi siano state fatte. Come virilmente a tutte habiati presi ripari: e victuoso rimaso: certo mi concludera: Vuy ad hercule simile: e del grande hercule el nome meritare: ne io solo sono in questa oppinione. Ma in publico per veridici homini de auctorita gravi con sermoni largi & ornate scripture se ne rende testimonio vero. E a chi non e noto: azo che le laude vostre recevessero perfectione che uno gioveneto da latto dio nanciel tempo amaestrato: de venesia gientilhomo de la casa cornelia de li laudandi vostri gesti ha meravigliosamente scripto: facendove de le quattro virtu cardinale digno possessore: con fulgido stille equiperandove ne la forteza ad hercule: e numerando multi molti infesti e dannosi a tutto el mondo: e de tutta italia abominevole vergogna: domati e superati da la vostra alta possanza. E certo tanto altamente le predite cose custui descripte ha: che se Cicerone de novo venisse in luce non le potrebbe migliorare. Et ha permesso questo lo altissimo dio azo che ala sublime vostra gloria occorra quello chel propheta david de christo dice. Ex ore infantum & lactentium perfecisti laudem. Non se meravigli dunque alcuno se le predite fatiche simile ale vostre siderati. Le quale come la affanata mia grossiza vi sapera meno male compilare: con alacri fronte piazave acceptare: come dono pizolo del vostro fidele e bon fante: a gloria de vuy meritamente facto.



## DIODORUS SICULUS.

*Diodori Siculi Historiarum priscarum a Poggio [1] in latinum traducti.*

Venetiis per Andream Jacobi Katharensem MCCCCCLXXVI.

**N** ullus antea quantumvis præclarus rerum scriptor fuit, [2] sanctissime Pater, qui suum opus æque merito atque ego tibi has meas vigilias alicui Principi dicaret. Quid est enim æquius, quam ingenii monumenta ad eum destinare, qui omnibus ingenio præstet & doctrina? Aut quod magis debeam, quam meos rivulos ad eum fontem referre, a quo motus præsentis.

[1] *Poggio Guccii filius Bracciolinus*, de Terra Nova, civis Florentinus, vir apprime doctus, deque literis suo avo per Italiam instauratis optime meritus. Annis ferme quinquaginta Romanam Curiam incoluit, inde Florentiam redux *Secretarii* munere Florentinorum Reipublicæ functus est, donec supremum diem obiit ann. MCCCCLIX. etatis sua septuagesimo nono. In perquirendis detegendisque priscorum auctorum Codicibus adsiduam quoadusque vixit impendit operam, eiusque solertia procurante,

nunc inter ceteros terimus M. Tullii Orationes, Quintilianum, Silium, Afconium, Manilium, Marcellinum, Frontinum, aliquorumque Veterum præclarissimorum scriptorum egregios labores. Vitam per celebris Viri disertissimis annotationibus instrutam conserpuit, edidique superioribus annis J. B. Recanatus Patri. Venetus una cum Historia Florentina ejusdem Poggii, typis J. Gabr. Hertz. 1715 Venetiis.

[2] Nicolaus V. P. M. quo urgente, Poggio operi manum admoverat.



lentis operis emanavit? Nam licet antea quidquid otii supererat ad scribendi curam, ne per socordiam effueret, mea sponte conferrem; erat tamen paulo remissior animus temporum, ne dicam superiorum Pontificum, culpa; cum omne ferme tempus non in literarum, prout optabam, studiis, sed in quaestu ad vitæ sustentaculum consumi verum inopia urgeret. Et certe quanquam vitæ meæ institutio ea semper fuerit ut pluris virtutem quam pecuniam fecerim; tamen nimium aliquando, si verum loqui licet, nostri Pontifices in erigendis ornandisque doctorum virorum ingeniosis dormitarunt. Quidam bonarum artium inscita, quidam ita pecunia addicti, ut plus apud eos ambitionis & quaestus, quam virtutis aut literarum ratio valeret. Quæ res bonis viris admodum gravis, multorum mentem a scribendi cogitatione alienavit. Indignum quippe est, nec sapientibus viris æquo animo ferendum, eos sèpissime rejectis melioribus, præ ceteris extolli, quos, ut leviter dicam, nihil præter pontificum voluntaria indulgentia commendet. Te solum hæc nostra conspexit ætas, qui cum probe noris virtutem vitæ mortalium ducem esse, præstantes doctrina viros sublevares, & ab inerti otio ad scribendi negotium traduceres: ut vere hanc nostram christianam tempublicam ab eo nunc regi gloriari possimus, qui & sapientissimus existat, & diligit sapientia studiosos. Quod unum sane coelestis Dei donum tanti faciendum censeo, quanti est virtus vitiis præferenda. Nam ubi doctrinarum cessant exercitia, ubi nullum inter doctos atque ignavos discrimen viget, ubi nullus virtuti locus, nulla studiorum ratio habetur, vita ibi regnent, torpescant ingenia, principatus & regna decidant, rerumque omnium dominetur confusio necesse est. Itaque numquam satis pro meritis tua probitas ac virtus laudari potest, quæ cum omnem anteactam vitam variis disciplinis impenderit. nunc & doctis favet viris, & sua munificentia reliquos ad eandem invitat virtutis æmulationem. Ego sane, cuius inter omnes tenuis est doctrina & dicendi facultas, profiteor me tuis exhortationibus liberalitateque compulsum operosius quam ante scribendi studio incubuisse. Nam cum prius hortatu tuo Xenophontem de Cyri vita latinis legendum tradidisse, & hos quoque sex [1] Diodori Siculo libros, quos fabulosos ob antiquitatem temporum nam ante bellum Troianum acta continent, appellavit, traducendi munus te instante suscepisti: haud ignarus rem satis difficilem me subire, & multorum expositam obtrectationi, quæ licet sit parvi bonis pendenda, tamen cum priscos illos summa auctoritate viros aliquando laceffiverit, quid de nobis extimandum est, quos non auctoritas, non dignitas tuetur? Sed tuo quod est exquisitissimum, doctorumque judicio fretus, hoc opus absolvı, eam mihi transferringi legem instituens, quæ a me in Xenophontis prohemio præscripta est, ut omissa verborum, qua multi Græcorum utuntur, ambage, sententiis hærens nostrum dicendi morem fuerim, salva rerum fide, secutus. A Letoribus vero, ut nostris acquiescant copiis, postulo, neque ultro quam vires ferant, exigere a nobis velint. Si quis ampliora petat, ingrati hominis munere fungetur, non contentus his, quæ nulla cum impensa ultro liberali manu porriguntur. Ne quis vero id inscita factum putet, sciat consul-

[1] Ger. Jo. Vossius, Vincentius Obsopœus, Burtonus, Tuvinus, aliique Angli, Germanique Scriptores Joanni Freo, Anglo Guarini Ferrariae auditore & postmodum a Paulo III. ad Episcopalem dignitatem electo, hanc Diodori versionem æque ac Xenophontis Cyri Pædæ, invita

prositus veritate, adjudicarunt. Verum doctissimos ceteroquin Viros sede hallucinari, non ambigimus: rem totam vel ipso meridiano sole clarioram in apertam lucem sistente Apostolo Zeno in *Dissert. Vossian.* T. I. n. XIV. p. 42.